

Ziber

pinum ex uino. Panos & apostemata in quacunq; parte sanguis ursinus discutit. Item taurinus atidus tritus Præcipiuū tamen remediū traditur in calculo onagri: quē dicūt cum interficiatur reddere urinā liquidorem in initio. sed in terra spissantem se. Hic adalligatus fœmini oēs īpetus discutit: omniq; suppuratione liberat. Est aut rarus inuentu: nec ex omni onagro: sed celebri remedio. potest & urina asini cum melanthio. Et ungulæ: equinæ cinis cum oleo & aquæ illitus. Sanguis equi præcipue admis sarii. Et sanguis bubulus. Itē fel. Caro quoq; eosdē effectus habet calida imposta. Et ungulæ cinis ex aqua aut melle. Vrina capræ. Hircorumq; carnes in aqua decoctæ. Aut simū ex iis cū melle decoctū. Fel ursinum siue uerrinum. Vrina suum in lana imposita. Fœmina atteri aduriq; equitatu notum est. Utilissimū est ad omnes inde causas spumā equi ex ore inguinibusq; illinire. Inguina & ex ulceq; cau sa intumescunt. Remedio sunt equi setæ tres totidem nodis & cestros herba adalligata intra ulcus. podagris medetur ursinus adeps: taurinumq; seuū pari pondere & cæræ. Addunt quidam hippocisti dam & gallā. Alii hircinum præferunt seuū cum fimo capræ & cocro sinapi cum caulib⁹ ederæ tritis ac perdicio uel flore cucumberis silvestris. Itē bonis simum cum aceti fæce. Magnificant & uituli q; nō dum hærbā gustauerit simū. Aut per se sanguinem tauri. Vulpem decoctā uiuam donec ossa tantum restent. Lupumue uinum oleo cærati modo incoctū. Seuum hircinum cū helxines partæ æqua sinapis tertia. Fimi carpini cinerem cū axungia. Quin & schiadicos urū sum pollicib⁹ pedum eo fimo feruēte utilissime tradút. Articulorumq; uitiiis fel ursinum utilissimum esse & leporis pedes adalligatos. podagras quidā mitigari pede leporis uiuentis absciso siquis secum assidue habeat. perniones ursin⁹ adeps: rimasq; pedū omnes arcet. Efficacius alumine addito. Seuum caprinum. Dentium equi farina: Aprinum uel suillū fel. Cum adipe pulmo impositus. Et si subtriti sint contusiuē: offensatiōe. Si uero adusti frigore: leporini pili cinis. Eiusdem pulmo contusus disiectus: aut pulmonis cinis. Sole adusta seuō asinino aptissime curantur. Itē bubulo cū rosaceo. Cluos & rimas calliq; uitia simū apri uel suis recens illitū ac tertio die solutū sanat. Taloꝝ cinis pulmo aprinus aut suillus: aut ceruinus. Attritus calcimentoꝝ urina asini cum luto suo illita. Cluos seuū bubulum cū thuris polline. perniones uero corium combustum. Melius si ex ueteri calcimento. iniurias a calceatu ex oleo corii captini cinis. Varium dolores sedat fimi uitulini cinis cum lilii bulbis decoctis addito melle modico. itemq; omnia inflamata ac suppurationes minatitia. Eadem res & podagris prodest & articulariis morbis e marib⁹ præcipue uitulis articulorū attritis fel aprorū uel suum linteо calefacto impositum. Vitulique qui nō dum hærbam gustauerit simum. Item caprinū cum melle & aceto decoctum. Vngues scabros seuū uituli emendat. itē caprinū admixta sandaraca. Verucas uero aufert uitulini fimi cineris ex aceto: Asini urinæ lutū. Comitali morbo testes ursinos edisse pdest: uel aprinos bibisse ex lacte eqno aut ex aq; itē aprinam urinā ex aceto mulso. Efficacius quæ inaruerit in uesica sua. Dantur & suū testiculi inueterati tritiq; in suis lacte præcedente uini abstinentia & sequēte cōtinuis diebus. Dātur & leporis sale custoditi pulmones cum thuris tertia parte in uino albo per dies. xx. Item coagula. Eiusdem asini cerebrū ex aqua mulsa infumatū prius in foliis semūcia per dies. Vel unguarū eius cinis cochlearibus binis toto mense potus. Itē testes sale asseruati & aspersi potionis in asinare maxime lacte uex ex aq;. Membrana partus earum præcipue si marem peperint olfacta accidente morbo comitaliū resistit. Sunt q; e mare nigroꝝ cor edendū cum pane sub diuo prima aut secunda luna præcipiant. Alii carnem: aliq; sanguinem aceto dilutū pēr dies. xl. bibendū. Quidā urinā equi aquæ ferrariꝝ ex officinis miscent. Eadē potiōe & lymphaticis medētur. Comitalibus datur & lactis equini potus lichenq; i aceto mulso bibendū. Dantur & carnes caprinæ in togo hominis tostæ ut uolunt magi. Seuū earū cū felle tau rino parti pondere decoctū: & in folliculo fellis reconditū: ita ne terrā attingat. potū uero sublime ex aqua. Morbū ipsū deprehendit caprini cornū uel ceruini usti nidor. Sideratis urina pulli asinini nardo admixto petunctione prōdēsse dicitur. Regio morbo cornus ceruini cinis. Sanguis asinini pulli ex uino. Itē simum asinini pulli: quod primum edidit a partu datum fabæ magnitudine e uino medetur intra diem tertium. Eadē & ex equi no pullo similiterq; uis est. Fractis ossibus præsentaneus mākillarum apri cinis uel suis. Item lardum elixum atq; circunligatū mira celeritate solidat. Costis qui dem fractis laudatur unice caprinum simum ex uino ueteri: aperit: extrahit: persanat. Febres arcet ceterorum caro: ut diximus. Eas quidem quæ certo dieꝝ numero redeūt: oculus lupi dexter falsus adalligatusq; si credimus magis. Est genus febriū: quod amphimerion uocant. Hoc liberari tradunt: si quis e uena auris asini tres guttas sanguinis in duabus heminis aquæ hauserit. Quartanis magi excremerat felis cum digito bubonis adalligari iubent: & ne recidant: non remoueri septeno circuitu. Quis hoc quæso inuenire potuit. Quæ est ista mixtura: Cur digitus bubonis potissimum electus est: Modestiores iecur felis decrescente luna occisæ inueteratum sale ex uino bibendum: ante accessiones quartanæ dixerat. idem magi simi bubuli cinere consperso puerorum urina illinunt digitos pedū:

recedat